

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 110–139

Odczyt Maciej Mikuła

[s. 106] [spis artykułów]

[1] [Cesar Otto]^a

[2] [D]e^b hominibus, qui penestici vocantur. Si in aliquibus penestici

[3] De iniustis mensuris. Si metrete aut alie mensure

[4] De tribus iudiciis provincialibus. Ille supremus iudex, qui

[5] De iure sculteti dicit sic. Scultetus eciam habet tria iudicia

[6] De iudicio burgrabii. Stuprum, obsidia et violencia

[7] De clamore vulneribus et modo. Quid si homo vulneratus

[9] De diffinicionibus sentenciarum. Nec sculteto, nec castellano

[8] De conflictu, qui sit in die aut. Si contingerit criminale

[10] Quid si querimonia pernoctatur. Qui [s] si vir vulneratus

[11] De stupro et de obsidiis. Stuprum et obsidium et

[12] Quid si homo multis vulneribus. Quicumque vulneratus fuerit

[13] De obligacione pignerum. Obligat aliquis mercimonia

[14] De iure feminarum et si partes. Si aliquis dicit uxorem

[15] De fiscacione seu possessionum. Quando alicui sua possessio

[16] De dono infra annum possesso. Quid masculus dat sub

[17] De dono in infirmitate donato. Nemo masculus vel

[18, 19] [/] De hereditate ubi nec fratres nec sorores. Quid se hereditas in f[ratribus]

[20] De firmacione pacis. Quidquid masculus

[21] De debito per iuris extorsionem. Quicumque aliquem coram

[22] De impedimento ad limina sanctorum. Si aliquis ad limina sanctorum

[23] De pena, qui scabinum turpibus verbis. Quicumque scabinum in

[24, 25] De concordia et rancore. Quando concordia inter

[26] De filio. Et vir qui filium

[27] Sequitur de hereditate et dono. Donum, quod viro aut mulieri

[28] De suppellectilibus sequitur. Ista sunt, que ad hereditatem

[29] Quid si vir alterum vulnerat. Vulnerat quis alterum

[30] Si duo se de stirpe Sclavica in. Quid si se duo vulneraverint

[31] Sequitur de causa. Quod si duorum

[32] Si vir alterum vulnerat equaliter. Quid si se duo mutuo

[33] Si duo equaliter vulnerantur. Et si se duo equaliter vulneraverint

[34] Si vir detinet alterum. Si aliquis hunc, qui ipsum

[35] Quod si se duo vulneraverint. Quod si se duo

[36] [s. 107] De vulneribus, qui pernoctaverint. Eciam si alter alterum

[37] Si vir alterum vulnerat et ambo. Si duo viri vulnerantur

- [38 pars 1, 39] Si vir alterum vulnerat et ipsis pax. Si vulnerat vir alterum
- [40, 38 pars 2] Si se duo mutuo vulneraverint. Si duo mutuo vulneraverint
- [41] De equo, quid in eo convenitur. Si vias vendiderit equum
- [42] De fure, qui in die tres solidos. Si fur clara luce die
- [43] Si vir super alium querimoniam. Conqueritur vir super alterum
- [44] De hereditariis censualibus. Si homo habuerit^c hereditaria
- [45] De testimonio persolutis debitibus. Si debet testimonium, quod
- [46] De testimonio pro debito. Si aliquis debet persoluta
- [47] De viro habenti filium et viduam. Si vir dicit viduam
- [48] Quod si vir sua bona in iudicio. Si vir aliquis dederit
- [49] De bonis hereditariis censualibus. Si vir sue uxore sua
- [50] De iure liberti in emendo. Ubi alicuius monasterii
- [51] Si vir absque herede moritur et non. Si vir moritur absque
- [52] De abtestacione manus pro falso. Si unus alteri abtestare
- [53] Si vir moritur, qui habuit pueros. Cum moritur vir, qui
- [54] De qualibet querimonia et testimonio. Omnis querela et ^d/ testimonia
- [57] / Pro insidiis et spoliis. Hic stat Cunradus
- [55] Quod si unus vir. Si vulneratus vir
- [--] De fure et latrone. Quando vir furem
- [59] De eo, qui alterius proloqutor sue. Qui monomachaliter suum
- [--] De monomachali incitacione. Quicumque occisum seu vulnerum
- [56] De eo, qui alterum ad iudicium aut. Ubi vir alterius virum
- [60] De eo, qui vitam aut manum. Qui vitam aut manum
- [61] Qui fideiusserset virum pro scelere. Qui eciam fideiusserset unum
- [58] De suppellectili feminarum. Si mulier accipit suppellectilia
- [62] De armis bellicis et suppellectili feminarum. Mulier pro armis bellicis
- [63] De diffinicionibus sentenciarum. De qua sentencia prius re[quiritur]
- [64] De iudicio sequitur. In omni loco iuris est
- [65] De fideiussoria bonorum. Si homo aut ubi vir si
- [66] Quod si vir baculis. Si vir cum fustibus
- [67] De hereditate, que caret herede. Quod si hereditas mortaliosa ^s/
- [68] De viro, qui pueros tres aut plures. Quod si vir, qui pueros
- [69] De viro, qui alteri coram iudicio. Si vir alteri iuraverit
- [70] De arrestacione bonorum. Si homo arestat
- [71] [s. 108] De pena iudicii et hereditate. Quando iudex suam p[enam]
- [72] Si vir percussus fuerit et querulare. Vir, si vulneratus aut
- [73] De bonis illius, que ad mortem. Et si vir descriptus fuerit
- [74] Si vir moritur, qui habet bona. Si autem vir moritur
- [75] De etate puerorum, qui tutor. Quando puer duodecim
- [76] Quomodo homo suam libertatem. Si vir alloquitur
- [77 pars 1, 2, 3, 78] De pecunia taxillis acquisita. Si servus sui domini
- [77 pars 4] De bonis, que alicui dantur. Quicumque alteri bona sua
- [79] Qui se extraxerit a descripcione. Qui se extraxerit
- [81] Si super virum querulatum fuerit. Si vir conqueritur super alterum
- [82] De satisdacione petenda. Si super virum conquestum

- [83] De facto manifesto. Omnis querela que ad
- [84] De iudicio burgravii. In iudicio burgravii
- [84] De iudicio iudicis. Iudex debet exercere
- [85] De satisdacione seu publicacione. Si vir sua bona
- [86] De bonorum arrestacione. Si vir alloquitur bona
- [87] De informacione bonorum debitorum. Si vir conqueritur super
- [88] [/] De eo, si vir coram alium ad iusticiam. Si vir cum scitu contra
- [89] De vulneribus, que in facto manifesto. Si femina deprehensa
- [90] De duplicitibus pueris. Si vir duplices habuerit
- [91] De improperacione scabinorum. Si vir scabinum indicenter
- [92] De homicidio. Si vir super unum querimonia
- [93] De contencione aut homicidio. Si casu contencio oritur
- [94] De petizione proloquitoris. Quem vir pro advocate
- [94] De iuramento incolatus. Et quando vir moritur
- [94] De eodem. Nemo potest nec pro homicidio
- [95] In iudicio enormium. Ubi eciam vir iuramentum
- [96] De tute puerorum. Quando pupilli suum verum
- [98] De civibus Meÿdenburgensis. Quousque cives Meÿdenburgenses
- [99] De impedimento, quod sit coram iudicio. Nullus alterum debet in
- [100, 101] De eo, quod si scultetus aliquem. Nunc attendatis super eo
- [102] De advocate, si aliquis impedierit. Nunc de advocate attenditur
- [103] De obsidiis. Obsidia et quod femine
- [104] De irruencia domorum. Si aliquis alterum irruenciam
- [105] [s. 109] De promissione querela tenenda. Et si vir querelam
- [106] De debitibus ex parte patris. Si vir querulatur super
- [107] De animalis, que noxam faciunt. Si aliquis habuerit equum et
- [108] Qui suos cives spoliat. Si aliquis spoliaverit cives
- [109] De iuramento Iudeorum. Hoc est illud Iudeum
- [109] Sic iurabitis. Quod tu in causa
- [110 pars 1] Hic incipitur de Imperio et quovis terre Saxonie ius suum ab inicio statutum fuerit. Nunc placeat audire et intelligere
- [110 pars 2, 111, 112] De Imperio quamdiu in potentia steterit. Nunc dicetur quamdiu Imperium steterit
- [113] De mercatoribus. Extunc mercatores dicebant
- [114] De civitate Meÿdenburgensi. Nunc attendatis de civitate Meÿdenburgensi
- [115] De civitate Hallis, ubi reprobata. Nunc attendatis de hiis de Hallis
- [116] De Meÿdenburg. Nunc attendatis est, si in Meÿdenburg
- [117, 118] De civitate Hallis. Nunc attendatis per quem modum ipsa pallacia fecerit

^a brak rubryki dla pierwszego artykułu; ^b pozostawione miejsce na ozdobny inicjal D; ^c w rkps. habueris; ^d omyłkowa kreska

[1] [s. 110] Cesar^a Otto Ruffus fundavit templum [in] Meÿdeburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Et tunc qui arbitriti [s] sunt, ut eligerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et

consules ad unum annum. Qui autem iuraverunt et nunc iuratis annis singulis, dum eligentur, ius et profectum ac honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius et melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt *[s]* suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac choretos iniustos et quilibet cibi et potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt triginta sex solidos. Cum consules suum conventum exponunt, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere. Et quicumque hoc violaverit consules habent iudicare. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. *[J]* Si autem sibi conventus pronunciatus fuerint, demeretur quinque solidos.

^a ozdobny inicjał O wysokości 10 wersów, zdobiony farbami czerwoną i niebieską

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] Qui penestici vocantur, si in aliquo demerentur vel si in aliquo delinquerint in statutis civitatis, ita ut civitatis aut consulum decreta violaverint, si in hoc convicti fuerint, demerentur cuttem cum crinibus aut tres solidos. Et hoc arbitrio consulum, quod horum recipere voluerit. Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infringerit foro infinito, ita quod cuttem cum pelle demeretur et cum pecunia redimet, hic manet sine gwarra et non potest a modo aliquod forum comestibilium absque civitatis aut consulum licencia exercere. Aut si alii homines, qui communitatem seu fraternitatem habent in comestibilibus, consulum seu civitatis compromissum, hos oportet emendam dare secundum ius et edictum civitatis, et non possunt ulterius aliqua comestibia vendere, nec communitatem acquirere absque consensu consulum et civitatis.

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie]

[3] Si metrete aut alie mensure parve seu iniuste fuerint aut pense, quod consules bene agere possunt secundum honorem civitatis aut cum triginta sex solidis emendare.

[hasła: miara, waga, kara, rajca]

[4] Ille supremus iudex, qui in Meÿdeburg iudicio *[s. 111]* presidet, hoc est castellanus, qui sedet tria iudicia provincialia in anno: unum in die Sancte Agathe, secundum in festo sanctorum Petri et Pauli, tertium in octava Sancti Martini. Si evenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, extunc suum iudicium amisit. Si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus castellano primam sentenciam debet invenire, et si scultetus non venerit ad castellanum, et tunc in decem talenta demeretur, nisi legale impedimentum, sic quod probare potuerit, ut ius dictaverit.

Quidquid criminalis esse factum se commissum fuerit xiiii dies ante suum iudicium, hoc castellanus iudicare debet et nemo alter.

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] Percremum, obsidia et violencias domiciliorum iudicat castellanus et nemo alias. Si castellanus presens non fuerit, extunc cives eligunt unum iudicem loco castellani, processu manifesto. Castellani pena et recompensa, quid acquisitum fuerit bannito iudicio, debet solvi ad sextam ebdomadam. Pena castellani tria talenta, pena sculteti octo solidi. Quando castellanus surgit et iudicat, tunc iudicium sculteti disponit a proximo die ad duas septimanas.

[hasła: Magdeburg, burgravia, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin]

[6] [/] Scultetus eciam habet tria iudicia in anno: unum in Epifania Domini aut die sequenti, secundum tercia feria post festum vel conductum pach [s] Pasche, tertium tercia feria post festum Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudiciales venerint ad diem celebrem, bene potest ultra unam aut duas dies post diem celebrem iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo habet hominum, nisi scultetus solus aut preco indicare, nec suus famulus. Quid si scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives statuant unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet habere legalitatem a domino terre et cum eo debet esse feodatus, et verum suum feodium esse debet, et legittime natus de terra.

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg]

[7] Quid si homo vulneratus fuerit, si clamorem proclaimaverit et si ceperit hunc, qui ipsum vulneravit, et eum usque ad iudicium adduxerit, et si tunc ipsum, qui cum hiis suum clamorem audierunt, protestare poterit metseptimus, propius est eum vincere, quam iste possit evadere. Pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem unguis et longitudinem membra habuerit, acquirit homo duellum. Pro vulnere manum, pro homicidio collum [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie, skarga, samosiódem, przysięga, bliższość do dowodu, kara ucięcia dłoni, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] [s. 112] Nec sculteto, nec castellano scabinus nec civis tenetur aliquam sentenciam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi factum manifestum, ut vulnera mortalia vel forsan alia criminalia. Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes contra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus sibi, quod bene

iudicari potest sine mora. Et si uni adiudicatur, debitor debet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem iudicare oportet, quod sit alienigena et ita remote domicilia habuerit, quod die una ad iudicium venire non possit.

[hasła: przestępstwo, przestępstwo nocne, samosiódem, przysięga, bliższość do dowodu]

[9] Si contingit criminale nephias aut conflictus nocte vel die et si probus vir pro eo accusetur, propius est evadere septimus met, quam possit super eum protestare, quia in isto loco conflictus per neminem visus est.

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[10] Quod si vir vulneratus fuerit et ea die iudicium non quesierit, et sua querimonia pernoctaverit et, qui inculpatur, tunc comparuerit, evadet cum septem suis vicinis pocius, quam ille possit protestari. Sed si tribus iudiciis non comparet, quarto in iudicio describetur, ita tamen, si iusto modo citatus super eum conquestus fuerit [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[11] Stuprum et obsidium et violenciam domicilii burgravius iudicat et nullus alter. [/] Si aliquis irruit super alterius domicilium tempore nocturno aut diurno, temeraria violencia, procedente ita querimonia, et si in manuali facto deprehensus fuerit cum clamore, et si clamorem cum auditoribus septem met suorum vicinorum hoc ostendendo probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor collum demeretur. Si autem factum manifestum non fuerit, extunc propius est evadere septem met, quam aliquo testimonio |con^a| vinci possit.

^a poniżej con kropki w sensie skreślenia

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgravia, skarga, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[12] Quicumque vulneratus fuerit, si clamorem proclaimaverit et ad iudicium pervenerit, de quocumque querulatur, qui presens fuerit, et si habuerit hos, qui suum clamorem audierunt, et quot vulnera habuerit, tot homines potest inculpare. Et si autem hii homines comparuerint, duellum in ipsis acquirere potest. Si autem plures infestaverit, quam vulnera habuerit, alii omnes evadent suo iuramento, quivis metseptimus. [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[13] Obligat aliquis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii, et ille pronunciat tribus iudiciis, ut est iuris, et quarto iudicio super eum dominium receperit aut approbatum sibi fuerit, et cognoscencie dominii dederit coram iudicio et scabinis. Et si iste imposterum ad repetendum sua [s. 113] bona pervenerit, possidens propius est suum pignus servare cum scabinis et iudice, quam ille, qui caret possessione.

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[14] Si aliquis dicit uxorem et si vir de hac luce decedet, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisiones [s] pro eius vita in iudicio bannito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum moritur, ad heredes revertitur sui mariti. Quod si maritus mulieri nil in suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quounque in viduitate et sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, quas mulier ad suppelletilia recipiet. Et pueri vellent mulieri dotalicium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptem, qui tunc presentes fuerunt. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis hereditati fuerunt, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris sunt, recipiunt bona et non, qui exhereditati sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque heredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex hiis unus moriatur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódem, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]

[15] Quando alicui sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens [/] exit vel intrat, tociens penam iudici demeretur, ita si publicacio super ipsum rite ac iuste sit acquisita.

[hasła: multka, kara sądowa, konfiskata]

[16] Quidquid masculus dat sub banno, si possidebit pacifice ac quiete absque contradicione anno et die, hoc propius ac melius obtinere potest cum iudice et scabinis, quam aliquis ab ipso posset exbrigare. Quid si iudex et scabini mortui fuerint, hoc tamen cum aliis fidedignis ad minus cum duobus scabinis et quatuor viris probitate probat testimonio, et sic sibi donata obtinebit [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[17] Nemo masculus, nec ulla mulier possunt in egritudine de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate [^a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[18] Quod si hereditas in fratribus seu in sororibus defectum habuerit, extunc omnes hii, qui se linea equali consanguenitatis ostendere poterint, in hereditate succedunt equaliter.

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo]

[19] Qui autem in possessione est, si bene sacerdos manserit, suppellectilia recipit, si tamen nulla puella fuerit. Si autem puella et sacerdos fuerint, tunc suppellectilia inter se dividunt.

[hasła: gerada, kapłan]

[20] Quidquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice et scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognicione, quod recipiunt scabini.

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[21] Quicumque aliquem coram iudice pro debito fuerit impulsaverit [ss], [s. 114] in debito coacto iure consecutus fuerit, oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Sin autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo suam penam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quociens tunc debitor mandatum adimplere neglexerit, tociens penam iudex in eo acquisivit. Si penam iudici et penam creditori solvere contempserit, tunc fiscatur sua possessione. Per hoc conpelletur, quod debitum creditori et penam iudici solvet. Si autem possessione caruerit, extunc banno conpellitur, extunc bene potest comprehendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, penam iudici demeretur.

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, multa, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[22] Si aliquis ad limina sanctorum aut ad nundinas extra provinciam ire voluerit, et si aliquis ipsum \vdash de^a \dashv pro debito impedire voluerit, hoc fieri non debet, oportet suum ius recipere coram suo iudice. Et si uni testis adiudicatum fuerit, inducias^b trinas duas ebdomadas obtinebit, quidcumque eligerit vel iudicio proximo.

^a skreślone ręką autora podstawy; ^b po u zamazane a

[hasła: podróż, dług, sąd, termin]

[23] Quicumque scabino in scampno iudicali improperaverit aut turpibus verbis obruerit, scabinus lucratur suam emendam xxx solidos, et iudex penam suam acquirit. Obruitur aut[em] [/] scabinus, postquam sua sentencia diffinita sit et consensus aliorum scabinorum preterit, extunc omnes emendas acquirunt et iudex penas, et quot emende fuerint, totidem pene iudici acquiruntur.

[hasła: ławnik, ława, obrazka, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[24] Quando concordia inter discordantes coram iudicio ordinata fuerit, hoc homo protestare potest cum iudice et scabinis. Quod si scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum omnibus fidedignis, qui iudicio affuerunt. Quidquid scabini protestantur, hoc eciam iudex cum eis debet protestare, simul et confirmare. Sed ubi concordia extra iudicium ordinata fuerit, hoc facilius probare potest vir cum sex testibus solus metseptimus, qui interfuerunt et viderunt concordiam esse factam.

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[25] Ubi concordia et fremitus diuturnus coram iudicio confirmata fuerit, si ipsam violat adversa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Sin autem contingeretur, quod eam alter infringeret, hunc tamen emenda satisfacere oportet, pro vulnere novem talenta, pro homicidio octodecim talenta, nisi fecerit excusare secundum edictum iuris.

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, kara ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[26] Quod quis vir potest filium suum ter excipere, quem habet in potestate, coram iudicio [s. 115] pro quolibet crimen capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Si famulus potest mercedem suam, quam promeruerit, quinque solidos tacto sacramento probare, ita si sibi dominus consentire noluerit. Sin autem famulus merdecem suam super suum dominum obtinuerit, pro eo dominus nullam penam iudici demeretur, sed dominus famulo eadem mercedem eadem die solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadet ut aliud debitum, in quo nullum dominium ostendere poterit aut protestare.

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik, kara śmierci, sługa, pan, uwolnienie od skargi]

[27] Donum, quod mulieri aut viro datum fuerit in iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quidquid placet. Item potest vir cum parte sui doni, quidquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa heredat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sit masculus sive femina, que sibi sit paris condicionis. Idem facit vir, qui sibi sit paris condicionis. Insuper superemere aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia, et vino et pane, et quibus post trecesunum *[s]* permansit, *[l]* totum cedit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier medietatem recipit et heredes viri aliam recipiunt partem.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[28] Ista sunt, que ad hereditatem spectant: omne aurum et argentum informatum et omnia vasa argentea, et tela, que non est incisa aut formata, aut muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, dolea, et vasa distillatoria, et caldaria, excepto caldari, in quo liquevit cera, que spectat ad suppellectilia. Omne proprium, quid locando possessum est, et omnia arma, gladii, ac olle eree ac morsee, et cinguli, braciles, et anuli viri, hec spectant ad hereditatem. Mense, lavatoria et omnes ciste planis cooperimentiis, et sedilia pulvinaria, et ciste annonarum, et ciste farine, et porci, qui in curia aut in domibus nutritiuntur, spectant ad hereditatem. Et omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est, et omnes vacue cuppe, pulmentaria recipit mariti uxor, et non cognata proxima.

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[29] Vulnerat quis alterum suam vitam defendendo super viam publicam, quod ille ipsum percutit aut vulnerat, et si clamore proclaimaverit, et invasor comparet violenter, *[s. 116]* seu proterve, et conqueritur iudici, et hoc non audet pro inbecillitate sui corporis tunc comparere, imposterum eadem die compareat et conqueratur iudici et scabinis, et ostendat sua vulnera, et protestetur per hos, qui suum clamorem audierunt, quod inicium contencionis sui adversarii fuerit et si suum, et quod ipse se deffenderit in deffensione sue vite, ipse acquirit querimoniam primam. Sed si pernoctabit, tunc hoc fieri non potest.

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[30] Quod si se duo mutuo vulnerarent in iure municipalı, qui ambo fuit nati de stirpe Sclavica et cum Sclavi non sunt, comparent unus et conqueratur in Sclavico ydiomate, alter sibi respondere non debet, si placet, nisi conqueratur in eo ydiomate, quod sibi innatum est per ius municipale *[a]*.

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[31] Quod si duorum virorum querimonie dilatare fuerint in iudicio bannito coram iudice et de voluntate iudicis et consensu, et parcium arbitrium, quod utrorumque [s], quod inter ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et si se arbitri ad hoc electi de causa intromittant concordiam, absque iudicio et querimoniam non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis imposterum suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, ille suus adversarius respondere cum iudice coram iudicio et si protestare poterit cum iudice et scabinis, quod ita absque iudicio debeat diffinire.

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[32] Quod si duo mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis vadat ad iudicem in domum suam, et querimoniam faciat, alterum [/] veniat ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore scabinis et iudicio attestantibus, et vulnera ostendat, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, si testes super hoc habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecerit [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci]

[33] Et si se duo mutuo vulneraverint equaliter et querulantur equaliter, quicumque ex eis duellum acquisierit, tunc eius adversarius manum demeretur. Ita tamen, si vulnus monomachale fuerit. Et si alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci]

[34] Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic queruletur cum proloquitore: “Domine iudex, cum querela propono super istum virum, quod venit intra municipia vel in strata regia, et in me pacem violavit et me spoliavit in meo corpore et meis bonis, et me vulneravit dum pacem in me fregit. Tunc vidi ego ipse te proclamavi ipsum persona in propria et cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audierunt, et meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et insuper requiro, quomodo hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc adversarius relictam petat satisfacionem [s. 117] pro hac querimonia, et dicat se facto esse innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit, facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris

est, probaverit testimonio, illi solvet collum, si est homicidium, vel ad manum, si vulnus est monomachale, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto perduxerit. Pro teste potest quivis vir alteri attestare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre aut fratre, filio aut mercenario.

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[35] Quod si se duo mutuo vulneraverint: unus gladio, alter cultello, et si vulnera utriusque monomachalia fuerint, illi cum gladio solvet manum, illi cum cultello solvet collum, quia cultellus furtivam infert mortem.

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[36] Eciā si alter alterum vulneraverit et causa sua pernoctaverit sibi debet indici ad iudicium proximum. Et si vir vulneratus fuerit et vulnus monomachale non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi indici debet ad iudicium proximum. Si autem vulnus monomachale fuerit, tunc continuus sibi iudex formare debet pro facto.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[37] Si se duo vulneraverint et ambo coram iudicio comparent querimonias proponunt, qui primam querimoniam precellentem protestare poterit, apud suum adversarium duellum acquirit et si ipsum iusto modo salutaverit, et si vulnus fuerit monomachale. Si autem duellum ad diem dilatum fuerit, [/] et si alter pugilem convenerit super alterum, et si ille protestare poterit, quod pugil sit mercennarius, extunc iure a duello sibi cedere potest [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[38] Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium dilata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciā ad iudicium compareat, et unus mortui cognatus loquatur super vulneratum cum testimonio, quod ipse suum affinem occiderit, et pro eo petat iudicium. Extunc ille petit satisfaccionem de iure et ostendat suam innocenciam cum suo testimonio evadendo homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestabitur, proprius est evadere, quam ille ipsum vincere possit, quia ambo coram iudicio querimoniam inceperunt. Sed suum testimonium debet sic procedere, quod inicium contencionis illius fuerit, et non suum. Et si quos suos testes in totam^a continent habere non poterit, terminum sex ebdomadarum acquirit, tunc facilius potest evadere metseptem

homicidium, quam cum testimonio ipsum vincere possit. Si autem ille ipsum monomachaliter alloquitus fuerit, extunc pro suo collo pugnare opportebit ^[b].

^a skreślone przez autora podstawy; ^b bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[39] Et si iudex pacem ipsis indixerit, et si ipsum postea occiderit, et si fideiussores posuerit \vdash qui^a \dashv , qui pro causa ea, que gerebatur, ipse tamen propius est evadere metseptem de homicidio, quam ipsum aliquis protestare poterit. Sin autem in iudicio {com} [s. 118] comparuerit et in iudicio bannito manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis, quod primo vulnere, et si ipsum postea occiderit, hoc melius potest super eum protestare, quam ipse evadere possit.

^a wyraz prawdopodobnie skreślony, linie skreślenia bardzo delikatne

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[40] Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querulose proponant, et querimonia usque ad iudicium dilata.

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie]

[41] Si vir equm vendiderit, promittere debet, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco se discedere tempore se offerente noluerit, et videre apparens [quod non]^a sit cecus, et eciam [quod est liber]^a a iusta arrestacione ^[b].

^a uzupełnienie wg propozycji W. Maisla (*Prawo magdeburskie miasta Pleszewa*, s. 77); ^b bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawną]

[42] Si vir clara luce diei deprehensus fuerit, qui bone fame sit, et furtum non plus quam tres solidos valeat, cuttem cum crinibus demeretur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat, reus \vdash sp^a \dashv suspendio. De hiis denariis tres solidi medium fertonem ponderare. Si autem fur tempore noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est pati.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[43] Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a suo patre, vel a suo alio amico, aut predecessore, et si ille comparet super quem querimonia proposita fuerit, et dicet se habere bonorum deffensorem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, contradicione qualibet non obstante et est iuste et rite meum premium censuale, ipsum oportet deffensorem suum nominare, et ad dies statuere, si^a potest, et cum deffensore conservet sua bona, si deffensus fuerit, ut iuris est, a deffensore. [/] Si autem sibi deffectus fuerit in deffensione deffensore [s], actor conservet suam legalem proprietatem, in bonis eiusdem, quia quivis homo suam innatam hereditatem, seu porcionem, facilius <^{pignus} oportet b> quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut premium censuale [c].

^a w rkps. se; ^b na marginesie, ręką autora podstawy); ^c bliżej nieokreślony znak, niewykluczzone etc.

[hasła: skarga, nieruchomość, dziedzictwo, spadek, ojciec, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[44] Si homo hereditaria censualia et bona a quodam monasterio, aut alio <^{habuerit a}> domino, et si dominus vel abbas sibi |si^b| non fatetur, aut conventus, hic vir potest metseptem protestare suorum heredum, quorum quilibet iurabit singulariter, quod iustum ac successorium suum sit premium censuale. Et si dominus sive hiis septem de ipsorum bonis denegaverit aut fateri noluerit, extunc quivis metseptimus suorum heredum bona sua obtinebit [c].

^a na marginesie, ręką autora podstawy; ^b rozmazane; ^c bliżej nieokreślony znak, niewykluczzone etc.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[45] Si vir debet testimonium producere super proprium alterius metseptem, aut mettercius, hoc facere debet cum possessis hominibus, quia iudicio astare solent et domicilia habentibus in iudicio supradicto. Si autem vir debet persoluta debita protestare super proprietatem alterius, hoc iterum esse debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non viderunt, nec in iudicio fuerit confirmatum.

[hasła: własność, samosiódem, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okrąg sądowy, dług zapłacony]

[46] Si aliquis debet persoluta debita probare, protestando pro debito, hoc facere debet talibus cum hominibus, qui in suo iure argui non possunt.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga]

[47] [s. 119] Si vir dicit \vdash uxorem^a viduam, que unum aut plures pueros habuerit et ipse ulla bona habuerit nec ipsa, et vir unum filium [habuerit] cum sua prima uxore, et si fortuna aridente per suos labores bona habuerint et proprietatem sive hereditatem emerint, aut super bona mobilia sive mercimonia posuerint, et imposterum vir moritur et uxor, extunc filius viri propior est hereditatem accipere, quam pueri feminine, aut pueri sororis sue, vel eiam nepotes seu neptes ex filia sua. Ita tamen, \vdash si^b si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia de iure.

^a podkropkowane przez autora podstawy w sensie skreślenia; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[48] Si vir aliquis dederit pueris suis aliqua sua bona, et sue uxori, in iudicio bannito circa vitam suam, et bone racionis, et si ergo paris condicionis pueri fuerint, et si desuper vera pax firmata fuerit, et si posterum alteri in eisdem bonis aliquid dederit aut heres fuerit, aut non, ille, cui prima donacio sit data, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicis desuper habuerit aut scabinorum, si sibi primum donum donatum fuerit absque contradicione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum et diem. Extunc contradicere non [potest], sed illi super hoc testes habuerint.

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[49] Si vir sue uxori sua edifica [/] dederit, que desuper bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare poterit, quod ei datum fuerit. Si autem apparatus et edifica viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, coram iudice et scabinis, nisi proximus^a heres contradicat. Si \vdash e^b autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque dominum proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si mercimonia aut bona mobilia habuerint, quod cum \vdash s^a bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna acreverunt cum sua uxore, que potest dare in valitudine vite sue cuicunque placet, cuiuslibet sine contradicione.

^a lekcja prawdopodobna; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[50] Ubi alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt triginta solidi, obnoxius bene potest bona sua resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradicione [s. 120] qualibet non obstante, que propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censem substraxerit, pro eodem demeretur tria talenta. Quidquid obnoxius criminalis cause commiserit, pro eo ullus queriet iudicium nisi domini advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino [aut] advocate oportet dare denarios obnoxietarum [s] et meliorem equm, quem habet. Item oportet fateri sacerdotem archipresbitero, dum moritur tunc sibi dare oportet equm meliorem.

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[51] Si moritur vir absque herede et nepotem ex filia habuerit, que exheredata fuerit circa suam vitam, item nepos maiori iure recipit bona avi materni, quam iudicium, qui sibi est paris condicionis. Sed iudex sua arma bellica recipit [a].

^a bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet]

[52] Si unus abtestari voluerit manum suam alteri pro falso, hoc oportet, quod faciat mettertius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Si autem facere debet pro vulnere in facto manifesto, oportet quod faciat metseptimus, pro iusticia pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium fuerit deductum.

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[53] Qum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt, proximus cognatus ipsorum debet esse eorum tutor, †quosque^a‑ <quousque^b> ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem nondum ad huc annos pubertatis attingerit, adiutor suus debet propior cognatus suus esse, quousque [/] ad annos pervenerit discretionis, et rationem de anno ad annum de bonis pupillorum coram vero ipsorum tutore facere tenetur.

^a podkropkowane przez autora podstawy w sensie skreślenia; ^b na marginesie ręką autora podstawy

[hasła: ojciec, dziecko, krewny, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[54] Omnis querimonia aut testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptem protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que non^a monomochalia fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur^b cum †clamore^c‑ furtu aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eciam manifestum factum esse dicitur, ubi viro gladius aut cutellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerit, cum qua

pacem infregit, aut si fugatur *[s]* deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere oportet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probet homo metseptem protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc saue *[s]* querimonia sic debet procedere: „Domine iudex, egor *[s]* conqueror Deo et vobis, quod iste homo venit intra municipalia, et in me pacem fregit seu violavit, et me stupravit et spoliavit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem *[s. 121]* audierunt, et ostendere volo factum, et de iure debo, et requiro in s[e]n[tenci]a diffinita, quomodo ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfaccionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinita, si mulier violenciam melius protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Hiis tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilius vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possint. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a nadpisane; ^b ze skrótu może wynikać także captivus; ^c podkropkowane przez autora podstawy w sensie skreślenia

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[55] Si vulneratus vir ad iudicium decuctus fuerit cum clamore in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem ipsum querulari oportet et proloquitorem per sentenciam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocate, extunc in sententia requiro, si iusticiam insidias per aliquem pati debeam, quas iure tenetur debeam aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam {exigencia} teneo”. Extunc sibi diffinitur, quod non. Extunc petat correccionem. Cum^a obtinuerit, *[l]* tunc petat colloquim pro consilio, extunc cum colloquim habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc per sentenciam diffinitam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget per sentenciam seu sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam *[l]* habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur^c duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam habuerit lesionem, vel qui in eo pacis federa infringerit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeat circa iuramentum prestatum aut ius civitatis, quid ab eo audierint. Tunc unus interroget ad diccionem, quid ab eo audierint. Audita responsione sua, tunc sentenciam requirit, sentencia profecit, cum sibi diffinitur, quod sic profecerit secundus et tercius, deinde querelam incipiet: „Domine iudex, placeat attendere audire”. Tunc hic ·N· requiritur vobis super ·S· et ·V·, quod ipsi venerunt intra municipale, et pacem in eo infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt cum corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc tribus *[s]* vocantur,

quando ter vocati clamorem fuerint, tunc conqueratur ulterius, nominant malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciet tercia vice. Extunc induciet indicantur [s. 122] per noctem. Tunc si non comparent, perscribuntur. Si autem comparent, duellum in eis acquiri potest.

^a nadpisane; ^b plama inkaustu; ^c odczyt niepewny

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[56] Qui vir alterius verbum loqui debet, et quod sentenciis scabinorum vel iure compellitur in facto manifesto, dicat sic: „Domine iudex me dedistis illi homini prolocutorem, extunc requiro in sentencia, si ab aliquo pro eo inimicicias aut timorem habere debeam, quod verbum suum loquar pro iuris exigencia, quantum melius possum aut valeo”. Quando hoc sibi diffinitum fuerit, tunc sibi diffiniat correccionem, quod si ipsum in aliquo neglexerit, quod se |mocum^a| corrigere poterit tecum aut per me aut alium advocatum. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, petat colloqui [s], si vult, et requirat in sentencia, quando querelam inchoare debeat, ut sibi proficiat in suo iure. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, tunc in sentencia interroget, si Iesus interrogari debeat, quis in eo pacem infregerit et si ita fuerit debilis, quod suum malefactorem nominare non possit. Cum igitur hoc diffinitum fuerit et ipsum iudex aut duo scabini aut duo viri, qui iudicio astare solent, viderint, requirent in sentencia, si ipsi causa iusticie circa iuramentum ipsorum et ius civitatis, quid notorium ipsis de facto sit. Cum hoc sibi diffinitur ab uno ad secundum et tertium, extunc requirat in sentencia, si iam proficerit. Cum sibi diffinitum fuerit et pacis violator citatus per clamorem fuerit, ut iuris est, tunc dicat sic: „Domine iudex, placeat audire verbum suum”. Tunc conqueritur vobis [/] super hunc N vel P, quod ipsum in strata libera infestavit ac intra municipalia in eo pacem infregerit, et ipsum vulneravit et violenciam in eo peregit, quam probando ostendere potest, et ipsum depredavit corpore et rebus, et tantum recepit sibi, quod non minus valeat, nisi duellum bene mereatur. Et super eo a vobis iustum iudicium. Extunc pacis violator proclamatur primo, secundo et tertio, per nominem suum ·N· vel ·P·, et iterum suam querimoniam renovet in hunc modum: „Vobis conqueritur super virum ·N· vel ·P·, quod ipse venit intra municipale in strata regia, in eo Dei pacem infringendo”, et ipsum rebus et corpore sanitatis depredando ac ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit, quasi a proprio talis potest demonstrare, et pro eo petit iudicium, et sic tercia vice faciat. Tunc ostendat vulnera et interroget in sentencia, si pacis violatorem suum in alio loco invenerit, si ipsum licite arrestare possit ex parte gladii. Cum igitur diffinitum fuerit, tunc petat pacem, que sibi indici debet.

^a podkropkowane w sensie skreślenia, ręką autora podstawy

[hasła: sędzia, pełnomocnik, wyrok, niepełnosprawny, ławnik, przysięga, prawo, skarga, zranienie, przestępstwo, droga królewska, rana, okazanie ran, pokój, posiedzenie]

[57] Hic stat Cunradus conqueritur super Henricum Deo et vobis, meo domino, regi aut duci, aut vobis, domine iudex aut toti universitati civitatis, tam divitibus, quam pauperibus, quod ipse intra municipale venit ad locum talem, ubi Cunradus pace ac quiete perfrui debeat et sibi obsidium [s. 123] fecit in strata regia, pacem in eo municipale infregit ac ipsum vulneravit ac destruxit, ac ipsum spoliavit in corpore et in rebus suis, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene perficere potest, cum eo pacem violavit et in eo strepitum commisit, cum propria in persona ipsum clamore proclamavit. Si hoc fatetur diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicut ipsum manifesto facto deduxerit ad iudicium, sic in sentencia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficuum sit in suo iure.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[58] Si mulier recipit suppellectilia, ad que spectant: oves et module, et omnia cibaria domestica, de quibus iura indigent ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro uxor moritur, proxima uxor's cognata recipit suppellectilia, que debet decorare suum stratum, ut stetit, cum uxor^a sua vixit, cum cussino, sedile cum pulvinare, suum stratum, cum culcitra, suam sedem cum sede tectorio, quem singulis diebus desuper iacuit, suam mensam cum mensali et manutergia. Hec nulla recipit pulmentaria [^b].

^a pierwotnie uxore, przekreślone e; ^b nieokreślony znak, niewykluczony etc.

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[59] Qui monomachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, [/] ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quem videat in presenti. Cum hoc per sentenciam diffinitum fuerit, cum eciam in sentencia requirat, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per horam vestimenti. Et cum se de ipso intromittat, pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquim. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod in eo pacem infregit aut in strata regia, aut in villa, qualiter infregit, eodem modo super eum queruletur. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredaverit et eius vim in eo fecerit, quam bene probare poterit. Tunc vulneris cicatricem demonstret, si vulnus sit sanatum. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit vomere^a, sive de ipso tanta receperit, quod bene duellum meretur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quocumque horum trium de uno obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum amisit. Cum loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc est propria in persona, ipsum proclamavi clamore. Si facere voluerit, quod diligit, et si non fatebitur, cum omni iure vincere volo, ut michi vulnere iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfac[c]ionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querimoniam meliorare [s. 124] ante satisfac[c]ionem, si voluerit. Facta satisfaccione ille suam exhibeat innocenciam, hoc est iuramentum monomachale, si ipsum iure incitaverit et si

hoc fuerit, ibi est, et si perficere poterit per inbecillitate sui corporis. Quivis vir se a duello excusare ^b illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit, si ipsum alloquitur. A duello eciam cedere potest, qui post meridiem alloquutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex eciam debet habere clipeum ac gladium illi, super quem alloquutum fuerit. A duello eciam potest excipere vir suos affines, si uterque suus affinis fuerit et ita consanguinitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, et habeant attinenciam secundum veram consuetudinem. Correum et linea indumenta induere possunt, quantum placet. Caput et pedes an[te]a^a nudi sint, in manibus cirotetas habeant, unum gladium nudum in manu et alio cinctus, aut duobus, hoc arbitrio eorum committitur, unum clipeum rotundum in manu, non aliud quam aliud lignum aut coreum sit, preter manu tectorium, quod debet esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamentum. Eciam iudex debet indicere pacem circa collum, quod nemo eos impedit circa duellum. Cuilibet ipsorum unum virum dare debet, qui falangam ferat, qui ipsos in nichilo im[...]pedire^c debet, nisi si unus ceciderit, quod falangam desiderat, hoc idem facere, nisi voluntas iudicata fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare debet. Finalia ferrimenta de viginis gladiorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati ire debent ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsos Deus adiuvet ad suum duellum. Sol eciam ipsis vel inter ipsos debet dividi recte, quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sentencia capitali. Si autem vincet, dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum per preconem mittere vocare in illa domo, ubi se preparaverit, et duos iuratos cum ipso mittere debet. Si debet citare primo, secundo, tertio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et percuciet statim duos iactus et tercium figat extra ventum, cum quo suum adversarium devicit tali causa sive querela, pro qua ipsum fuerat alloquutus. Et iudex sibi iudicare debet, sicut fuisset duello convictus, si mortuus [s. 125] convictus in furtu aut captiva, aut in tali crimine occisus fuerit cum septem testibus protestare poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere extra ipsum. Si autem alter cognatus mortui, quiscumque fuerit, loco ipsius ad duellum se exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut supra est expressum. Sic vincetur et ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut caucionem fideiussorie fecit comparere, quod compareat ad iustum responsionem [d].

^a odczyt niepewny; ^b skreślone v; ^c przerobione przez autora podstawy z impediat; ^d nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pieśniarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[60] Qui vitam aut manum peccunia eximerit, quod iure meruerit, hic iure suo privetur.

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[61] Qui eciam fideiussit unum virum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non poterit, recompensam ipsum solvere opportet, et sibi in suo iure non obesse illi, qui fuerat fideiussor, et nemo proscribi debet, nisi culpa ad collum, ad manum pertransit ^a].

^a nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[62] Mulier pro armis bellicis dare debet gladium mariti et suum ru[n]tinum vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuerit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potencia, deinde dare debet pulvinar bellicale, hoc est lectum et duo cussina, et duo linthiamina, et unum mensale, et duas pelves, et unum manutergium. Hec sunt universalia bellica arma. Sed tamen diversa [/] componunt aliqui homines, que tamen ad ea non pertinent, sed quidquid ex eis nominatis mulier non habuerit, ad hoc, ut det, compelli non potest, si iuramento probaverit pro qualibet re per se. Sed ubi patenter ostenditur, ibi vir n[e]c mulier per iuramentum evadere potest. Ubi duo vel tres ad vii bellica arma nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera divident inter se equaliter. Et ubi pupilli ad annos pubertatis nondum attigerint, eorum senior recipit arma bellica solus, et in eis erit tutor quousque ad annos discretionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et insuper omnia ipsorum bona, nisi eis rationem fecerit, quo ea ad eorum usus converterit, aut per spolium aut per apparens infortunium, absque voluntate ammiserit. Ipse eciam est vidue tutor, quousque maritum duxerit, qui paris condicionis fuerit. Postea arma bellica mulier vite provisionem recipere potest et alia omnia, que ad suppellectilia pertinent, hoc est omnes oves et auce, ciste cum elevatis tecturis, omnia strata pulmentaria, cussina, linthiamina mensalia, pelves, manutergia, lucibula, candelabra, semen linium, et omnia muliebra crinalia, psalteria et omnes libri, in quibus mulieres legere consueverunt, qui ad Dei servicium pertinent, sedilia et scrinia, capeta, vela dorsalia, tectoria, balneamina et omnia pepla, et omnia ornamenta capitis muliebra, que ad suppellectilia pertinent, [s. 126] singulariter non nomino ea, videlicet seticule, pectines, forpices, specula. Sed tela non incisa, nec argentum, nec aurum non textum non pertinet ad mulieres. Si quidquid extra prenominata in rebus inventum fuerit, circa vitam viri, qui mortuus, redimet, si vult, ad quem de iure pertinet. Sacerdos dividet cum fratre, sed non qui monachus sit. Si puer annos pubertatis non perveniens religionem intraverit, bene potest exire intra annos, si vult, et ius servat feodale et terrestre. Si autem vir, qui dum annos pubertatis implevit, intraverit religionem, hic se a iure terrestri ac feodali alienavit, et sua feoda nominata, quia scutum bellicum resignavit. Si hoc possit protestare per hos, qui similem vitam visus est successisse.

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletniość, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[63] De qua sentencia presens requeritur, hoc prius diffiniri debet. Ambo actor et reus seu respondens possunt habere colloquia pro qualibet cause tribus vicibus, quousque ipsos preco revocet [^a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[64] In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sentenciis. Aperte non loquatur coram iudicio, postquam advocatum habuerit, seu prolocutorem, nisi si iudex eum requisierit, si in verbo consenciet sui advocati, bene potest dicere, ita vel non, aut desuper petere colloquium.

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[65] Si homo vel quivis vir pro pecunia aut pro debito fideiussor fuerit et idem vir moritur, sui pueri non tenentur [/] pro eo solvere. Sin autem vir fideiussor pro pecunia fuerit, fideiussorem pecuniam solum solvere oportet, aut probare, quod pecunia sit integraliter soluta.

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[66] Si vir cum fustibus aut cum baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera flavea aut fusta fuerint inflata, si desuper iudicem pro teste habere poterit homines hoc, qui viderunt et audierunt, ipse est duellum proprius super eos acquirere, quam ipse eum vadere possit suo iure. Si autem fatentur, quivis amittit emendam et iudex acquirit suam penam. Si autem verbera mortalia fuerint, respondere tenentur impulsati. Si autem mortalia non fuerint, cum duello, qui per eodem iudicialiter fuerunt, respondebit unus cum duello et aliis respondebunt absque duello, qui ipsi evadent cum suo iuramentum [s] [^a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulfka]

[67] Si mortaliosa [s] hereditas absque heredibus inventa fuerit aut remanserit anno et die, regi cedet maiestati [^a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: kaduk, król, spadek, rok i jeden dzień]

[68] Si vir occisus fuerit, qui pueros tres aut plures habuerit, et vir unus pro eo iudicialiter impulsatus fuerit et evaserit, ut ius dictaverit, et si sibi super eadem querimoniam veram satisfaccio facta fuerit, non debet imposterum ab aliis pueris pro eodem homi/k.
127]cidio infestari [^a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła:ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[69] Si vir alteri iurare debet coram iudicio digne et sine pena, bene potest superponere et deponere absque licencia, quod per hoc non amittit.

[hasła:kara, przysięga, sąd]

[70] Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi subtractus vel spoliatus sit, ad hoc se trahere debet, ut iuris est, tunc iste se bene ad suum venditorem trahere potest et venditorem debet nominare, super quem se traxerit, et iurare debet tacto sacramento, quod se ad verum trahat venditorem. Quocumque sibi nominaverit, ibi eum sequi oportet, non autem ipsum sequi oportet debet ultra Meare /s/ Aquilonis. Et si sibi defffectus fuerit et non pro se respondentem habuerit, utpote iudicio habere non poterit, ut se coram iudicio iactavit, et tunc sibi fideiussorem faciat caucionem iudici, quod pena et expensis, quas adversarius suus expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Si autem dixerit, quod in foro communi aut libero emerit eundem equum, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczanie, pieniądze]

[71] Quando iudex extorquet suam penam, ulterius nec aliquem potest hanc penam extorquere. Et si vir iudicialiter bona alloquitur, ut iuris est, aut hereditatem, [/] pro eo non indiget iudici dare quidquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare teneatur. Et si sibi suam querelam promiserit, etsi iudicio tempore concordatum propter bonum pacis fuerit, pro eo quod plus amittit, quam iudex acquirit suam penam.

[hasła:sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[72] Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri noluerit^a, iudex ipsum nec ad aliquam querimoniam compellere potest sed circa suam voluntatem.

^a pierwotnie voluerit

[hasła:zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[73] Et vir si proscriptus fuerit aut ad sentenciam mortis iudicatus vel condemnatus fuerit, nullus bona sua recipere potest, quam sui veri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[74] Si moritur vir, qui habet pueros et bona habuerit nulli donata, pueri sibi succedunt, si equales fuerunt sibi in natura. Et si ex hiis pueris unus decesserit, mater sibi in parte succedit. Et mater cum hiis bonis nichil facere potest absque heredum consensu aut voluntate.

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[75] Quando puer duodecim est annorum, tunc potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tute. Et qui suus fuerit tutor, matri [^a] rationem facere debet adolescenti, quid cum bonis factum fuerit [^b].

^a zapewne przekreślone p; ^b bliżej nieokreślony znak

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie]

[76] Si vir alloquitur aliquem, qui suus sit illiber, si potest suam libertatem protestare, proprius est evadere, quam ille ipsum vincere possit. Libertatem suam si probare potest cum tribus c[o]gnatis et tribus agnatis, sic metseptimus esse debet, sive sint viri sive femine.

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[77] [s. 128] Si servus bona domini deluserit taxilis, aut obligat aut vendit, dominus bene potest arestare denuo iuris, ut se ad ea bona trahat, ut iuris sit. Sin autem propria bona sua deluserit, aut quocumque modo a se alienaverit sua voluntate, dominus super ea nil alloqui potest, quia servus solvere tenetur, et sic dominus pro bonis servi non est licitum respondere. Si eciam quis conqueritur super aliquem pro debito aut pecunia ludo aut taxillis acquisita, pro eo sibi non debet respondere. Sin autem servus servo equos, vel alia bona sua furtive^a, aut spoliando ammiserint [s] vel sibi receperint [s] absque culpa sui in domini servicio, hoc oportet dominum solvere servo, et pro eo oportet dominum respondere, si super eum querulatur ter de bonis, que alicui data sunt ad servandum. Quicunque alteri bona sua dederit ad servandum, aut in deposizione posuerit, si sibi subtracta fuerint, aut spoliatus eis fuerit, aut combusta, vel si mortuum fuerit, si equus vel peccora fuerint, non debet aliquod dampnum pro eo sustinere, si presumit iurare, quod absque sua culpa ammissum fuerit. Sed quid viro concessum vel obligatum fuerit,

hoc in destructum reddere tenetur, aut solvere secundum suum valorem. Sin autem moritur equus vel pecus in secunda obligacione absque illius culpa, cui obligatum fuerat, si hoc probaverit, et si iu/[i]uramentum pro eo prestare presumit, quod sine sua culpa decesserit, non solvit, sed suam recompensam amittit, in qua sibi fuerat obligatum.

[hasła: sługa, pan, gra, przegrana, zapłata, skarga, dług, pieniądze, odpowiedzialność, koń, kradzież, transakcja, dobra, depozyt, kradzież, pożar, bydło, szkoda, przysięga, wina, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

[78] Si quis super aliquem conqueritur pro debito aut pecunia de ludo aut taxillis acquisita pro eo responde sibi non habet. Eciā si conqueritur quis de alio de cibariis preparatis et coctis, hic propius est obtinere iuramento, quam ille ipsum evadere possit iuramento.

[hasła: skarga, dług, pieniądze, gra, bliższość do dowodu, przysięga]

[79] Qui se extraxerit a descripcione et solutus, iudicatus fuerit, iudex tamen pro eo suam obtinet penam. Et si sibi iudex fateri noluerit, ipse eum bene potest deponere per unum, qui eodem interfuit iudicio, quia nec captivus in iudicio apparuit, nec proclamatus. Si autem iudex ipsum imposterum obiura[re] voluerit, ipsum nullomodo obiurare potest, quam ad suam penam, si super eo^a testes habuerit, quod se extra descripcionem obiuravit ^b.

^a nadpisane; ^b bliżej nieokreślony znak

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[80] Si servus deservitum suum precium super suum dominum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam iudici demeretur penam et dominus servo solvere hoc tenetur die eodem.

[hasła: sługa, pan, wynagrodzenie, sąd, mulkta, zapłata]

[81] Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum iure *[s]* fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille se dicit esse innocentem. Si autem respondens dixerit se debitum persolvisse, extunc impedit sibi *[s. 129]* suum testimonium. Hoc bene probare potest cum fidedignis mettercius tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik]

[82] Si super virum conquestum fuerit et satisfaccionem pecierit, alter eam sibi negare non potest, qui[n] eam sibi faciat, si ipsum ad hoc per sentenciam compulerit. Sin autem

satisfaccionem fecerit sibi, ad suum ius non nocet, nec illi plus lucratur cum satisfaccione, qui eam petit, nisi quod ipsorum nullus amicorum suorum ammodo impedire potest pro hac causa. Satisfaccione facta suam querimoniam meliorare non potest.

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[83] Omnis querela, que ad iudicium^a pro capitali crimine in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore propter factum manifestum, quod ostendi debet. Manifestum factum ibi est, ubi vir cum furtu aut preda captivus ad iudicium deductus fuerit [^b] cum clamore. Item factum manifestum eciam ibi est, ubi aput unum cultellus aut gladius aut alia sicca sua in manu deprehensa fuerit, cum suam pacem violavit, aut si in fuga captivus fuerit et cum captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hoc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis, si manifestum factum cum reo ad iudicium deductum fuerit.

^a w rkp. iudicium; ^b rozmazane cum

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[84] In iudicio burgravii Meydenburgensis potest vir pro debito ipsi querulari super^a actorem, oportet ab uno iudicio burgravii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita super quod suo adversario denunciet. Si autem super virum querimonia cum testimonio [^b] facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod persolverit, hoc probabit per homines fidedignos proprius, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas in iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu prestare debet, hoc in eodem oportet facere iudicio. [^b] Iudex debet iudicium exercere, et de eo temptare cottidie in vero iudicii loco, nisi sic, quod vir conqueri pro debito absque testibus voluerit, quod ubilibet iudicare potest sine mora. Recompensam, emendam et penam iudiciis solvere debent ad diem, ut fuerit, ut tunc pagamentum consuetum fuerit diffinitum. Recompensam et emendam actori et penam iudicii.

^a możliwa lekcja sed; ^b kopista połączył ze sobą dwa artykuły, choć zaznaczył ich pierwotną odrębność zaczynając frazę drugiego z nich od nowej linijki

[hasła: burgravia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga, sędzia, skarga, zwłoka, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[85] Si viro sua bona publicata seu fiscata fuerint, in eo iura ille possideat, qui hanc infiscacionem induxit cum fiscacione tribus diebus ac tribus noctibus. Insuper in eodem comedere et bibere, similiter et dormire. Deinde debet coram iudicio pronunciare tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex pacem desuper formare debet, et sibi appropriare, et sentenciis scabinorum vendere potest cum scitu.

Sed tunc aliquid ultra suum debitum superfuerit, cum scitu illi reddere debet, cuius fuit hereditas. Si sibi sufficit, agat ulterius.

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[86] Si vir alloquitur bona aut pannos vel quidquid suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum vel raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare tacto sacramento, quod [s. 130] suum fuit et nunc sumpsit, cum sibi subtractum seu raptum fuerat. Si autem equus fuerit, quem^a vir alloquitur, quod sibi subtractus aut eo spoliatus sit, et ad hoc se trahere debet, quod cum dextro pede equuo [s] calcare debet super suum pedem anteriorem, et sinistra manu equum capere per dextram aurem, et petere debet reliquas et proloquitorem. Et iurabit equo super caput tacto sacramento, quod tunc suus fuerit et tunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Extunc ille ad suum venditorem ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis. Si autem dixerit, quod equum emerit in foro libero aut communi et venditorem habere non possit, extunc equum amittit et argentum pro eo datum, et non amittit aliquam penam.

^a możliwa lekcja qui

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[87] Si vir super virum conqueritur pro debito manu mortua, et ipsum infestare voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, si ille consenserit. Si autem hic, super querimonia probata fuerit, quod de debito nesciat nec in eo sit obligatus, aut quod iste sit obligatus, hoc oportet iurare metseptem tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[88] Si vir cum scitu ad iustitiam contra alium se exhibuerit, et alter noluerit aut spreverit, et vulneret illum querulando absque iure, et ille vulneratus veniat ad deffensionem et vulneret illum mutuo, et hic primo vulnerat suum adversarium, prius [^a] ad iudicium veniat et conqueratur, alter, in quo pax sit violata, [/] eciam postea veniat circa lucem diei et dicat, quod inicium illius fuerit et non suum. Si hoc, ut iuris fuerit, metseptem protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, vel qui presentes, acquisivit primam querelam. Vir potest filium suum unica manu eximere, qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento, sic quod filius suus reus non sit [^b].

^a plama atramentu; ^b bliżej nieokreślony znak

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[89] Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut vulneribus duello dignis, hanc vir proprius est vincere metseptem hominibus, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium attingere oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio tunc vulneribus factum sit visum, et si femina caucionem fideiussorie fecerit supra ius, de quo femina propior est evadere metseptem cum hominibus fidedignis, quam aliquis ipsam vincere possit. Si autem mulier inculpatur pro querimoniis pernoctatis et proprius est evadere femina unica manu tacto iuramento, quam eam aliquis vincere possit, aut aliquid imposterum contrarium pati.

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[90] Si vir duplices pueros habuerit et primis ante ea eradicavit exponendo, et si secundis pueris aliquid postea dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Extunc quidquid superfluum fuerit, hoc inter se equaliter dividunt, cum [s. 131] omnes equales sibi fuerint in natura [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[91] Si vir scabinum in scampno indecenter in bannito iudicio increpaverit, si hoc probaverit, illum oportet emendam dare et iudici penam.

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, multa, nawiązka]

[92] Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus, et ipse se accommodaverit circa suam hereditatem ad comparendum, et si non comparet, profugus factus fuerit, tunc debet vocari clamore, ut iuris est. Et si non comparet iudicio eodem, tunc debet proscribi et recompensa super suam hereditatem computatur, et iudici sua pena. Et eciam nullus alter cogi potest, nisi caucionem iure fideiussorie facere, nisi prout sua extendit racio recompensa, nisi sit pro debito, quod maius sit [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, multa, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[93] Si casu contencio oritur claro [s] die, si probus vir pro eo accusetur, qui sibi visus non fuerit, de quo proprius est evadere metseptem cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerunt, quam in eo duellum acquirere possit. Si autem super virum ydoneum circa noctis tempestatem querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus duello dignis, que tempore noctis factum fuerit, de quo proprius est eum evadere metseptem

cum hominibus bonitate probatis, circa quos tunc fuit, cum hoc factum perpetratum erat, ita quod sit de facto innocens.

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[94] Quem vir pro advocate rogaverit, hunc causam suam [/] tenere oportet, nisi se excusaverit cum pena. [a] Et si quando vir moritur, tunc uxori debent pulmentari suppellectilia et oves, ubicun[que] ierint. Anete, culcidre, vela, tecture currum, olle picte eciam ad suppellectilia pertinent. Nemo potest nec pro homicidio aut vulneribus, seu pro alio debito suum iuramento probare incolatum.

^a na marginesie inną ręką niż autora podstawy, odczyt niepewny: nota emenda persolvisse cum

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara, gerada, mąż, wdowa, zabójstwo, zranienie, poddany]

[95] Ubi eciam per iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus insidiis aut depillacione, vel verberibus, vel sanguinis effusione, de quo solutus dimitti non potest, nisi voluntas iudicis fuerit aut consensus.

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[96] Quando pupilli suum verum tutorem non poterint habere, quo usque ipsos nullus ad aliquam responsivam iudicialiter deducere potest, nisi prius ad annos pervenerint pubertatis.

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne]

[97] Si vir super alterum conqueritur, quod sibi aliquid abedificaverit de suis bonis aut de hereditate, hoc ille possibilis obtinet, qui in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio fuerit alloquitus. Extunc possessor cum testibus servat, si vult [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[98] Quousque cives Meýdeburgenses veram accionem aut responsivam tenuerint et se coram suo domino pontifice aut burgravio aut sculteto ad iusticiam exhibuerint circa civitatis ius, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio potest alieno.

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgravia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[99] Nullus alterum impedire debet coram iudicio, postquam iudicium bannitum fuerit cum iniuria, *[s. 132]* talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in alia querela, sicud clamore aut turpiloquiis, aut certis insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens in publico protestare poterit cum iudice et scabinis, extunc suam acquirit penam. Si contingerit in iudicio castellani, tunc tria talenta demerentur, et in iudicio sculteti octo solidos. Et ubi homo suam penam acquisivit.

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoda, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[100] Nunc attendatis super eo, si advocatus aliquem impedierit in sua querela et si per iusticiam non fecerit, hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocate impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet.

[hasła: wójt, skarga, kasztelan, sprawiedliwość, świadek]

[101] Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum testimonio iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam testibus evadere potest. Si autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere possit. Quando querimonia coram advocate super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum oportet sibi esse presentem, nisi legale impedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per *[ins^a]* iusticiam facere negaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc commendatus *[s.]* advocate in decem talentis idem scultetus et illi suum debitum, de quo *[l.]* negavit, fateri iusticiam, et medio illo quo non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum quod est premissum. Si autem pro facto civili, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro homicidio aut vulneribus, furtu, spolio, ecclesie violencia, incendia, aut hiis similia *[s.]*, que criminalia facta tangit, idem iudicium super exire debet, quod super illum ire debuerit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum evaserit aut amiserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet medium recompensam. Si autem pro manu, tunc medium solvit recompensam et hoc ipsum iuramento tacto sacramento iurare oportet, si sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa evaserit. Integra recompensa facit xviii talenta, media recompensa facit novem talenta *[l.^b]*.

^a skreślone przez autora podstawy; ^b bliżej nieokreślony znak

[hasła: sołtys, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeskoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[102] Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut ^a-am[iciciam] vera[m]^{-a}, aut ob aliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustum, quod de iure facere non debuerat, postquam ad iudicem sit electus ius confortare, ^b-ut iuris debilitate^{-b}. Si querela super ipsum in iudicio suo fuerit [s. 133] facta, tunc scultetus iudex esse debet super advocationem et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum in iudicio ipsum oportet respondere, ut in posterum patebit. Petat advocationem surgere per sentenciam, quod super ipsum habeat querulare et sentencialiter petat, ut alium iudicem ponat loco suo, hoc ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, qui sibi debet iudicare simili modo, ut advocationis super scultetum iudicare debuit. Eodem modo scultetus iudicet advocationem. Idcirco advocationis bannitum iudicium absque sculteto habere non potest, quia coram eo se ad ius debet exhibere, si super ipsum querulatur. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, extunc domino terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, et regi bannum, si cum sentenciis veris prosequatur [c].

^a-^a odczyt niepewny; ^b-^b lekcja zepsuta, w innych rękopisach: et iniurias debilitare; ^c bliżej nieokreślony znak, niewykluczone etc.

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[103] Insidias et supra et domorum irruenciam die ac nocte, et si ipse illum detinuerit burgravius iudicat et nullus alter nec eciā scultetus. Si domorum irruencia probaliter [s] potest ostendi cum vulneribus vel edificio vulnerato, si super iudicem et clamatores in testimonium poterit habere, extunc ille propius est evadere metseptem, quam per eum vinci possit.

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[104] Obsidia, femine stuprantur et irruenciam domiciliorum burgravius iudicat et nullus alter nec scultetus. Si irruencia domicilii probabiliter potest [/] ostendi cum vulneribus et cum vulneratis edificiis et super hoc iudicem et homines, qui clamorem audierunt, habere potuerit in testimonium, oportet desuper respondere cum duello, quam cum iuramento evadere possit [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgravia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[105] Et si vir suam promiserit tenere querelam, et si medio tempore concordia fuerit facta, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici penam meretur.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, mulkta, sędzia]

[106] Si vir querulatur super alterum pro debito, quod sibi pro suo parte teneatur, ipse debet super ut iuris est informari. Si autem voluerit iurare, quod pater suus hoc debitum persolvisset, hoc idem facere oportebit metseptem post mortuam manum. Si autem dixerit, quod hoc debitum solus persolverit, hoc mettercius iurabit.

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, samotrzeć]

[107] Si aliquis equum aut canem habuerit vel aliud pecus quocumque sit suum, quod careat loquela, si hoc fecerit dampnum, et si dicit suum non esse dampno perpetrato, sic hoc in suo iure non nocebit.

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[108] Si aliquis spoliaverit suos civitatenses, qui proprium aut feodium aut proprietatem habuerit intra municipale, si hoc non prehabita faciat querela ante dominum terre vel ante suum iudicem, illi sua edifica adiudicare debent supra suam curiam et exseccari, et edifica illa erunt communia et hoc omnibus hominibus publicantur. Si autem iudicialiter edifica fuerint adiudicata, ita quod ibi [s. 134] femina aut puella [stuprata] fuerit, eciam debet resecari et abinde nullas deduci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[109] Hoc est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare debet sive evadere debet Christianum, quod scriptum est in iure imperatorum. Ipse debet verti contra solem dorsum et stare nudipes super unam sedem, palio indutus et pileum iudicatum [s] habere debet super caput. Et si lapsus ter fuerit, totidem unum fertonem amittit. Et si quarto adderit, extunc manet reus in causa, tunc dicit iste, qui sibi predicit iuramentum: "Ego te moneo, N., Iudee, per has tres litteras et per hanc legem, quam Dominus dedit Moysi in tabulla lapidea in monte Sýnai, quod iste liber aut hoc rodale verum et iustum sit, super quod tu .N. tali nomine pro tali causa sive culpa pro qua te huc ad respcionem iure deduxit". Extunc debet sic iurare dicens: "Quod in hac causa reus non sis, qua hic idem Christianus inculpat, quod te Deus adiuvet. Idem qui fecit celum et terram, aerem et rorem, montes et valles, frondes, gramina et flores. Et si reus sis, quod tu pereas in tua anima et in corpore et in rebus tuis. Et si reus sis, quod ad sinum Abrahe non pervenias eciam ad resurrectionem nunquam pervenies, ubi Christiani, Iudei et gentiles ante Creatorem omium resurgent. Et si reus sis, quod te lex pereat, quam Deus dedit Moysi in monte Synaÿ, quam Deus solus scriptus a scripsit

digito suo super tabulam lapideam, et eciam te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris [/] Moysi. Et si tuum iuramentum non fuerit iustum et mundum, quod te deleat Adonaÿ et sua deitatis potencia. Amen”. Nunc omnes dicite amen.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[110] Nunc placeat audire et intelligere, quomodo presens scriptum informat ex relacione veridica. Primo de Imperio et quomodo terre Saxonensis suum ab inicio fuerit constitutum et confirmatum in suo iure, sicut antiquo tempore tenebat Babilonia. Ubi stetit Imperium et regnabat potenter per omnia regna, quia Nemroch gentilis rex primo Babiloniam edificavit in circumcinxit civitatem nimia amplitudine, et edificavit in ea multas et altas turres contra inimicos, unde usque in presens municipale nominatur. Et ibi erat manens idem rex Nemroch ac duces multi famosi, qui nunc mercatores vocantur, et omnes uno utebantur iure, municipale ius appellabatur, ut bene in libro presenti patebit. Unde nomen sorciebatur absque cuiuslibet transmutacione. De Imperio quamdiu stetit et de eius potencia. Nunc dicetur quamdiu stetit Imperium et potenter absque permunicatione usque ad Greciam a parte Darii secundi, usque ad ultimum, que rex Alexander maximis et sediciosis devicit bellis. Tunc transmutatum fuit Imperium Babilonia et stetit in Constantinopolim usque ad illud tempus, quod [s] se Roma de Imperio intromisit, et [s. 135] potenter obtinuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui capud est Christianitatis. Cum Imperium Romam versum fuisse, ibi stetit, ut †ape^a† patet in premissis. Tunc Christiani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua in terris faciebat voluntate, aut quid facere et perficere, et hoc absque querela permansit et per iudicium inultum, quia nullum fuit, ubi quis iusticiam consequi posset, et illud ad illud tempus perseveravit, quo se Roma de Imperio intromisit. Et ipsi venerunt et iusticiam consequi fuerunt, eciam ibi exhibuerunt manus, unde manu potestate obtinuimus usque in presens. Tunc Romam convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent. Et omnes unanimi consensu pari consilio concordaverunt, quod edificant castra in t[er]ris, unde sibi terras possent subiugare. Tunc arbitrati sunt sibi, quomodo castra confortarent, ut ipsis essent in iuvamen. Et illi acceperunt, qui nomen militale habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, hucusque castrense ius tenet in castrensi feodo. Extunc liberaverunt, qualia iuris statuta terris constituere vellent in terre tale constituerunt, quale adhuc terra Saxonia protestatur, per Constantinum imperatorem et Karolum czarem [b].

^a skreślone ręką autora podstawy; ^b bliżej nieokreślony znak

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę]

[111] Nunc audire et intelligere potestis, quod principibus et baronibus, et hiis omnibus, qui digne nomen sorciuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quod scire vellent, quo iure Imperium deberet permanere. Et statuerint regi ius cum consilio, quod ipse sedem Romanam regiam deberet ex parte beati Petri cum gladio seculari, unde adhuc Romanis *[s]* advocatus appellatur. Idcirco vitam suam non potest demereri, nec in suo iure deliberari, nisi tribus casibus, qui in sequentibus patebunt. Quorum primus est ille, si sedem Romanam destruere vellet. Secundus est, si contra fidem facere vellet Catholicam. Tercius est, si sine causa legali vellet suam legittimam dimittere uxorem. Quorum horum trium de uno, quod absit voluerit *[s]*, fuerit convictus, extunc debet iudicari, hos omnes, qui noxam et iniusticiam fecerunt, aut qui caput demerentur. Et insuper omnibus commisit, qui iudicis nomine censentur cum eo protegere viduas, et pupilos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticiam confortare. Insuper iudicium commisit omnibus iudicibus temporalibus cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis fuerint comprehensi in facto manifesto, et ad iudicium capti, deducti et fuerint convicti, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices soli debent iudicare, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes habent spiritualem gladium ab Apostolico *[a]*.

a bliżej nieokreślony znak

[hasła: cesarstwo, św. Piotr, Rzym, chrześcijaństwo, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[112] *[s. 136]* Nunc attendatis, quis cezarem iudicare debeat, si ex hiis tribus premisis in uno fuerit convictus. Hoc facere Sacri Imperii Renensis pallatinus, qui imperatori ac Imperio fuerit ex arbitrio positus. Simili modo, ut pallatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicat burgravius marchionem pro sua culpa, et burgravium scultetus.

[palatyn reński, marchia, burgravia, sołtys, cesarz, król, lenno]

[113] Extunc mercatores dicebant ad cezarem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc iudicavit eos imperator cum consilio Romanorum ad aquas potentes, quod edificant sibi civitates firmas cum muris et turribus. Tunc plus dixerunt ad imperatorem, quod libenter scire vellent, in quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale cottidie in sua curia solebat habere. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et cum veridicis signis. Et suam manum exhibebat, quam apprehendit quidam mercator, et dexteram cirotecom sibi de manu traxit, super quo pax beati Petri fuit confirmata. Quod hucusque permanet in exemplum, ubi novem *[s]* civitates edificantur aut confirmantur, quod ibi crux ponitur super forum. In eo probatur et apparent, quod cum voluntate regis est factum. Sic quo hucusque permansit et ab Imperio confirmatum et nomen obtinuit usque in diem presentem.

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[114] Nunc attendatis de civitate Meydenburg. Cum primo Meydenburg locata fuerit seu fundata imperatoris Ottonis Magni consilio, et cum terre [/] arbitrio, et fuit stabilita in suo iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas ex ea est fundata, idcirco utraque uno utitur iure. Eapropter omnes de Polonia et de Bohemia, qui sub iure Theutunico sunt locati et de marchia et de Meÿsnensi provincia, et de marchia Luziciensi, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civibus, hec in hiis ^a strictibus sunt locata. Et si sentenciam ignoraverint aut deffectum in ea habuerint, hanc oportet querere in Meÿdenburg. Idcirco, quia omne municipale ius protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum sentencia reprobata de marchia ad commitatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam gratiam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hic idem fit in omnibus civitatibus, ubi est bannum regium, ubi vir demeretur tria talenta iudici feodato sub regio banno. Si autem iudicatur sub banno regio, tunc sculteto octo solidi demerentur de iudicio sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. Scabini xi debent esse, et scultetus sit xii, quia burgravius primam sentenciam debet diffinire. Quia burgravius nullum iudicium absque sculteto bannitum habere potest, nec scultetus hiis xii scabinis vero loco judiciali.

^a rozmazane, zapewne si

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgravia, sąd wyłożony]

[115] [s. 137] Nunc attendatis de Hallis, ubi ius suum querere debet, si ipsum ignoraverit, aut si ipsis sentencia fuerit reprobata. Hanc in Meÿdenburg querere debent ante quatuor scampna et scabinis ipsorum ius dare debet, quia imposterum oportet eos esse testes, si fuerit necesse, quia sentencia rite et rationabiliter sit data absque qualibet contradiccione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sentencia diffinitur, ex utraque parte, ubi sentencia reprobata fuerit, qui audivit et vidit, quod utrique iusticia fiat. Et iudex ipsos in expensis debet procurare exeundo et reddeundo. Si sentencia in banno regio fuerit reprobata, tunc debet reprobari infra xviii ebdomadas. Si autem sub comitis banno fuerit reprobata, tunc debet reprobari infra duas septimanas, quia scultetus bannum habet a comitte et sculteciam a domino terre. Idem quam vero habet burgravius bannum a rege, et iudicium a domino terre.

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgravia, prawo]

[116] Nunc attendendum est, si Meÿdenburgensis sentencia reprobaretur, quo aut ubi eam querere aut invenire deberent. Ipse se debet trahere in Schartow, ultra Elbae, et ibi accipiunt quatuor seniores viros, que [s] cum ibi poterint invenire. Hoc idcirco, quia diuicius stetit, quam Meÿdenburg, et cezar Otto a tempore diuturno ex eo constituit ducatum, et [/] omnes eodem iure sunt constricti. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senioribus, quos de Schartow afferant et reddeunt in Meÿdenburg ante pallaciam ad curiam, que imperatoris Ottonis Rifi fuerat, qui pallaciam ipsius formaverat, in

fine summi, ut in premissis patet et in subsequentibus patebit, quia continue pro una sentencia reprobata ad Imperium se trahere non potuerunt.

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto Rudy, wyrok]

[117] Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Recepit eosdem quatuor seniores de Schartow, et quatuor canonicos, qui habuerunt prelaturas in summo: primus prepositus, secundus decanus, tertius episcopi vicarius, quartus celerarius. Insuper cepit quatuor^a innatos ministeriales ecclesie maioris in Meÿdenburg: primus fuit marsalcus, secundus dapifer, tertius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit xi scabinos de civitate et scultetum xii. Deinde recepit tres duces laicos, qui primi sunt in eleccione municipali, et quartus, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meÿdenburg, hoc burgravius. Tunc imperator recepit hos xxviii viros prenotatos, eciam locavit super sedes pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecumque sentencia in Meÿdenburg diffinire [s] non aut reprobaret, hoc ibi deberet recipi, et quidquid ibi daretur rite hoc et rationabiliter pro iure municipali deberet teneri.

^a w rkp. iiiij^{or}

[hasła: palacia, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgravia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]

[118] [s. 138] Et cum sentencia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xxviii viris, cuilibet unum solidum aureum, et quivis solidus debet xii valere solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisandi. Tunc hiis quatuor dantur quatuor^a marcas, et quivis marcas aurea xii argenteas habere. Hoc datur hiis xxviii. Hoc illi dare tenentur, quibus sentencia ad profectum fuerit inventa et finita. Sed iste, qui in sentencia defecerit, debet expensas. Si autem iste in sentencia defecerit, qui eam reprobaverit, extunc magis solvere tenetur, quam ille, cui sentencia data [^b] fuerit ad profectum.

^a w rkp. iiiij^{or}; ^b zamazana litera s

[hasła: palacia, wyrok]

[119] Nunc attendatur, quantum plus dare oportet. Ipse tenetur dare scabino illi suo emendam, cuius sentenciam reprobavit, quam invenit, si iuste fuerat diffinita, et iudici suam penam. Si autem ante consensum aliorum scabinorum fuerit reprobata, tunc cuiilibet scabino^a datur emenda et iudici tociens sua pena. Si autem in Hallis reprobata fuerit, in Meÿdenburg invenitur, et qualiter ibidem pariter reprobantur, extunc ambe debentur emende et pene in Meÿdenburg et Hallis, hoc facit Ruffus rex Otto taliter pro

eo, quod municipale ius sisteret, sicut ab antiquo tempore hucusque stetit, et ibidem fecit ducatum transwram [s].

^a o przerobione za

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda, Otto Rudy]

[120] Nunc dicere vobis volo de pallacia, quomodo illa [/] debeat convenire, et diffinire volo de rebus istis, non in precedentibus est predictum.

[hasła: palacja]

[121] Scultetus de Meÿdenburg debet recipere litteram civitatis cum sigillo ipsius pendente. Hanc litteram debet mittere supremo advocato maioris ecclesie, hoc est burgravio in Meÿdenburg, ad suam quam sentenciam propriam litteram sigillatam debet recipere, propter quod est ipse advocatus. Et ad hoc debet recipere litteram episcopi cum suo sigillo, et tunc eciam debet recipere litteram regis, et suum sigillum appendens, si ipsum habere possit in Theutunico. Has quinque litteras debet recipere burgravius de Meÿdenburg. Et eas primo mittere debet duci Saxone cum hiis, qui cum sentencia transierunt, et cum scitu horum xxiiii virorum, qui prius sunt nominati. Post hoc mittere debet margravio de Meÿdenburg. Tercio ipse mittere debet pallatino Rinensi. Hii tres primi duces laici sunt in eleccione imperiali, cum novus rex eligitur Theutunico de terra [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: sołtys, Magdeburg, margrabia, palatyn reński, dokument]

[122] Si audire et intelligere potestis, quomodo hii omnes domini debent citari, qui in premissis sunt nominati. Ipsi ad pallaciam ire debent et scultetus vel burgravius citare debet primo, secundo et tertio, super ad sex ebdomadas. Et si in tercia non comparuerit citacione, [s. 139] extunc hii ad eum tres laici duces mittant. Tunc regi de qualibet citacione tres marcas aureas demeretur, quarum quelibet marca xx marcas argenteas debet valere. Et si post hac ultra sex septimanas non comparuerit, se excusare coram rege, ubi ipse fuerit. Extunc omnia sentencialiter ecclesie maiorи vacabunt, que ab ea habeat et regi bannum vacabat, et post hoc proscribunt eum in regis illigalitate [a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: pozew, palacja, burgravia, sąd]

[123] Quodmodo sicut scultetus citans burgravium. Sic burgravius citare debet hos tres principes sub banno regio. Et si in tercia non comparuerint citacione, ut est predictum, extunc de qualibet citacione quivis eorum decim octo marcas demeretur. Et si eadem

vice comparuerint iusticiam iuvare et recipere ius, actum [*s*] illi sua sententia et ius suum dari debet ante pallaciam et cetera.

Explicunt leges Meÿdenburgenses [^a].

^a bliżej nieokreślony znak

[hasła: sołtys, burgrabia, sąd, król, pozew]